

*Orde la liba del Col  
de Anenca*

H A D R I A N I

I V N I I M E D I C I

E M B L E M A T A .

E I V S D E M

Æ N I G M A T V M L I B E L L V S .



A N T V E R P I Æ ,

Apud Christophorum Plantinum.

M. D. L X X X V .

3

CLARISSIMO SPLEN-  
DIDISSIMOQ. VIRO ARNOLDO  
COBELIO, QUÆSTORI ÆRARIO  
HOLLANDIÆ MERITISSIMO,  
HADR. IUNIVS MEDICVS.



ANVARI I Calendas  
anni auspices largiendis  
strenis sacrauit antiqui-  
tas. atque ea consuetudo  
iam inde à Tatio Sabi-  
norum rege in posterita-  
tem transmissa est: quem verbenas felicitis  
arboris ex luco strenia, noui anni auspices  
primum accepisse auctor est Syriamachus,  
argumento indubitato viris strenuis eas  
conuenire, atque ob virtutem deberi. De-  
creueram itaque veterum factum imita-  
tor non otiosus affectari, ornatiss. Cobeli,  
ac dedicato tibi, misloque strenæ vice li-  
bello Emblematum Calendas prauertere,  
sed voluntatem eam sedulitas quædam  
sibi instans nec ferè vnquam sibi satisfa-  
ciens abruptit: eam tamen occasionem  
A 2 elapsam

Reprehendere proclive: & animum  
apertum esse debere.




Nocte satus, genitore ortus, sum nomine Momus,  
Dente Theonino singula rodo lubens:  
Fingi hominem caussor clathrato pectore; apertis  
Sensibus occultum ut nil specus ille tegat.

A 4

Rabu-

Gloria immortalis labore parta.

Ad reuerendiss. Card. Granuellaxum.



Tortillis & caudam ore tenens hic termite lauri  
 Ambitur anguis, & ligonem circuit.  
 Gloria continuos nunquam moritura labores  
 Sequitur, vivensq; in ore vivit perpetua.

A S

Impu-

Coërcenda & extirpanda impietas.

*Ad D. Iacobum Susium virum doctiss.*



Hostis colubris ales insidet scepro,  
 Substrata quod Niloi equi premit terga.  
 Domat superbos, impiósque proculcat  
 Sceptrum equitatis, noxiósque consumit.